

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3878

Auteur(s) : P., Lessay, Sainte-Trinité (abbé)

Bénéficiaire(s) : Philippe III le Hardi, France (roi)

Genre d'acte : lettre

Authenticité : non suspect

Datation : 1280, 6 juillet

Lieu d'émission : Lessay

Action juridique : notification

Langue du texte : latin

Analyse

L'abbé P[ierre II] et les moines de Lessay notifient au roi Philippe [III] que son père, roi Louis [IX], leur avait donné 15 acres du bois royal situé à côté du bois de l'abbaye, bois de Hupelande, pour la réparation des dommages survenus lors de la vente du bois du Plessis.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 946, p. 238.

Texte établi d'après a

Excellentissimo principi dominoque Philippo, Dei gratia, regi Francie, ejus humiles et devoti P., divina pacienza, abbas monasterii Sancte Trinitatis de Exaquio, ordinis Sancti Benedicti, Constantiensis dyocesis, et ejusdem loci conventus, orationes in Domino salutari, et ita divina miseratione regnum sibi commissum regere in hoc mundo, quod assequi valeat sempiternum. Dominationi vestre excellentissime et nobis karissime notum fiat, quod nos, pro nobis et monasterio nostro, felicissime recordationis dominum nostrum Ludovicum quondam regem Francie, patrem vestrum, vosque ac omnes quorum intererat, absolvimus penitus et quittamus super dampnis omnibus que sustinuimus et possemus in posterum sustinere, eo quod nemus de Plesseiaco fecit vendi, in quo a fundatione monasterii nostri usum ad omnes focos abbacie nostre, et omnia ejus edificia nova facienda, et vetera reparanda, nos non est dubium habuisse ex donationibus fundatorum tunc dicti nemoris dominorum, ipsum dominum excellentissimum patrem vestrum, familiam ejus totam vosque, uxorem vestram et liberos, ex devotione, immo ex debito, nostris orationibus et beneficiis, si que possumus, recommendantes, et ut nos metipsos participes facientur (sic). Vestra enim dignitas regia nos non ferens et monasterium nostrum ledi occasione venditionis nemoris antedicti, penitus annullati, in restitutionem dampnorum que ob hoc incurrimus et possemus incurrire in futurum, de consilio magistrorum vestre curie, nobis dedit quindecim acras vestri nemoris proprii, sitas juxta nemus nostrum de Hupelande, in ballia de Constantino, butantes, ex uno capite, ad landam que dicitur de Monte Castor juxta portam de Monte Castor vulgaliter nuncupatam, et, ex alio capite, versus locum qui dicitur Niger Doitellus, et se extendunt in latum dicte quindecim acre nemoris, prout premittitur, nobis date, ultra duas rochas in dicto Monte Castor versus tertiam rocham in eodem nemore situatas, nobis et monasterio nostro in puram et perpetuam elemosinam de cetero possidendas. Que ut Deo et omnibus quorum interest patefiant, vestre excellentissime potestati, cum omni humilitate qua possumus, presentes litteras dirigimus, roboratas nostrorum munimine sigillorum. Bene et diu valeat

in Domino Jhsu Xpisto vestra excellentissima dominatio nobis cara. Datum unanimi assensu in nostro capitulo
Exaquiensi ; anno Domini M° CC° octogesimo, die sabbati in octavis Beatorum apostolorum Petri et Pauli.